Turbabis. Grues. & grues in saturnalibus Papinii cadunt. Papinius in saturnalibus: Ceterum uagis grues rapinis. nobiles carmine Homeri de eorum pugna aduersus pigmeos. In mensas receptae sunt: non tamen tanta gula: quanta ueniebant temporibus Vespasiani: nam Cornelius Nepos scribit diui Augusti temporibus magis placuisse cinonias quam grues: sed grues manserunt inter primas aues: quibus dixi temporibus cinoniis omnino repudiatis. **C**um uolat. y. litteram faciunt agmine disposito. Aues Palamedis dicunt: quoniam ut Philostratus in eolibello scribit quod heroica inscribitur: gloriantur Palamedi se tres litteras copisse quibus carebant graeci. ph. ch. th. Vlyxes in parte obiecit eam laudem esse graecum quae. y. litteram faciunt: lussitque eas suspicari: nam propter uolabant. **V**ersus: ordines. **V**na uae. i. tam compositae uolat: ut si una sit amissa turbetur ordo.

Dulcia. Rusticulae. Male interpretantur quae rusticam galinam hoc loco accipiunt cuius mentionem factam a Columella non negauerunt: eam. n. scribit in seruitute non parere & alendam cibo ad saturitatem sed inter gallinas est. hic autem de aue quae sit e genere perdicum intelligendum est quoniam rusticula quam priuatim habere in cessum: scribit Plinius. **E**iusdem prope est saporis: cuius est perdis sed minus grata: quoniam ut ipsa conqueritur minore emitur pretio: & Horatius pauone hac una de causa mensis gratum scribit: quod multo ueneat auro. **Q**uid refert: quid utilitatis affert. Si est idem sapor: cum perdice. q. d. non propterea expector. **C**arior: uenditur maiore precio. **S**ic maiore precio empta.

Dulcia. Cygni latine olores ob plumam unde lecti struebantur in pretio erant morituri flebilem emittunt cantum: ut credidit antiquitas id falsum esse aliquando nonnulli deprehenderunt. mutua carne uescunt. **I**psae sui: hac de causa dicatus est Apollini: quia praedicit sua fata cantu. **L**ingua defecta. i. uitali motu pene destituta.

Nomen. Porphyrio. Plura habent crura rubetia & rostra: propter aliam uiam naturam morsu bibunt: tinguuntque cibum saepe aqua: & pedes pedes ac manu ori admouent. Inter gigantes ut apud Lycophronem interpretantur quosdam in proprio duo principatum tenuerunt: Porphyrio & Alcyonius.

Praesinus. i. auriga: cuius Traianus in Nerone meminit Praesinus purpurio dicebat. Laus est porphyrio auis: quae & gigante & nobilissimi agitatoris appellationem habeat. Praesini: auri

Spirat. Mulli uiui. Mullus piscis a color molliore calciamtorum nomen accepit: ut graecum. **S**cribit Fenestella: cum aspirat uersicolori squamam mutatione nitescit. oli non reperiebatur ferme supra duas libras. Asinius Celer temporibus Claudii mullum octo milibus numum emit: ne fabulosum uideatur quod scribit Iuuenalis. Mullum sex milibus emit: nunc mititur uiuus in aqua marina ad amicum: idem poeta scribit. **I**n aequore adueto: aqua marina: quae una cum pisce adueta est. **D**a mare uiuum. i. restitue eum mari uiuo. **F**ortis: ad fugiendum.

Quae Murenae Murenae in tantis delitiis oli fuit: ut & nomen Liciniorum familiae dederit Varro ne teste: & mortua in piscina defleta sit a crasso pullato: habueritque in aures baulis ab Antonia drusi. In silicia obtinet principatum: ubi propter pinguedinem in summum pelagus erumpit & sole torrefacta neque se curuat ut manu capiat ut Varro scribit in libro: quod inscribitur gallus: tunc dicitur graece plotae latine flutae a fluitando: nam pro summum aequor fluitant. **P**ro profundo mari

Grues.

Turbabis uersus: nec littora tota uolabit:
Vnam perdidit si palamedis auem.

Rusticula.

Rustica sum perdix: quid refert si sapor idem est:
Carior est perdix: si sapit illa magis:

Cygnus.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Porphyriones.

Nomen habet magni uolucris tam parua gigante:
Et nomen praesini porphyrio habet.

Mulus.

Spirat in adueto sed iam piger aequore mulus.
Languescit: uiuum da mare: fortis erit.

Murena.

Quae natat in siculo grandis murena profundo.

ficulo prope rhegium. **E**xustam: quam est sole torrefacta.

Quamuis lata gerat: Rōbi. Rōbus ē instrumentū magicū: de quo supra: Rōbus piscis no-
to ad ætatē nram noīe: rauēnæ reliquos alibi supat magnitudo: nouā nōnūq̄ exigit
patiam: qđ satyrice ī Dōitianū scriptū legiū: ad hoc alludēs poeta scribit. Patella mēfari-
um uas ē diminutiū a patia. ē itē uas dicatū sacris ligneū resinatū: ī quā accipit signifi-
cationē apud Liutū: cū scribit nihil relictū patribus præter patellā sacrorum causa.

Non ualet exustam mergere sole cutem.

Rombus.

Quamuis lata gerat patella rombum:
Rombus latior est tamen patella.

Ostrea.

Ebria baiano ueni modo concha lucrino:
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

Scillæ *orbola aluapad*

Ceruleus nos liris amat: quem silua matrice
Protegit: hinc scillæ maxima turba sumus.

Scarus.

Hic scarus æquoreis q̄ uenit *pinguis* obesus ab undis:
Visceribus bonus est: cætera uile sapit.

Coracinus.

Princeps niliacis *scilla* raperis coracine macellis:
Pellæ prior est gloria nulla gullæ.

Echinnus. *auris et pars et auris quadriceps*

Iste licet digitos testudine pūgnat acuta:
Cortice deposito mollis echinus erit.

saliceta hēant. **L**yris: fluius ortus ī apēnino: præter labitur miturnas: Mirica uxor oli-
Fauni: littoris miturnensis dea est. **M**axima turba: quia gregatim natamus.

Hic. Scarus olim pncipatū tenuit: iter pisces solus rumiat: ut scribit Pli. herbis uescit
nō aliis piscib⁹: noīe latino caret: in mari carpatio frequēs est: Ignot⁹ olim italiæ: sed
optan⁹: ut Pli. & Macr. scribūt multos aliūde aduectos disseminauit inter hostiā & cāpa-
niæ orā: edicto ut si intra. v. annos caperētur imitterent ī columes. Ex piscinis nō est ap-
tus: nec si aliūde q̄ ex mari capit⁹ gratis ē. **L**ecinora lautissimæ gulæ sunt: quibus nō ca-
rupatina illa Vitelli: cuius meminit Tranquillus. **O**besus: pinguis. **V**isceribus: ie-
cinore. **C**ætera. in cæteris partibus. **V**ile sapit: uilis est saporis.

Princeps niliaci. Coracin⁹ pncipatū ī ægypto obtinet iter pisces: quēadmodū zeus si-
ue faber gadib⁹: salpa circa ebusū: salmo ī Aqrāia. Peculiars at ægypti pisces sūt alabe-
tæ: coracini: siluri: ut Pli. & Stra. scribūt. Alexādria urbs cōdita ē ab Alexādro ī ægypto
Dynocrate architecto: ut Vetrui⁹ scribit Alexāder Pellæus dī a pella macedōiæ urbe.
Dicitur igit̄ ab eo ī ægypto cōdita Alexādria pellæa. **M**acellū: loc⁹ obsoniorū. **P**elleæ
i. alexādriæ. **N**ulla gloria. i. nulli⁹ cibi laus. **E**st prior: potior gullæ pelleæ. i. alexādriæ.

Iste. Echinnus spinas habet: quibus utitur pro pellibus: uoluitur in orbem cū mo-
uetur: incitatus naues dicitur retinere si hæserit: quod a Plinio recitatū. **L**ucanus
carmine inseruit syllaba prima producta usus cum alibi corripitur. **I**n mediis echin-
nus aquis. **M**iseni oriuntur grati saporis. Horatius: Ostrea circeis: miseni oriuntur ech-
ni. **A**cuta testudine. i. spinosa: ut in castaneis est.

EBria: Ostrea. Sergi⁹ Ora-
ta p̄us dephendit optimū
esse sapore ostreis lucris: q̄ob-
re excogitatū ē ut aliūde adue-
cta ē lucrīo cōpascere sapore
dignoscebāt an esset nata cir-
ceis an aduecta ex briania quæ
nouissima italica superūt desi-
gnata a Iuuenale: Rutupino
ue edita fūdo. **L**ucrīna cōdiū-
tur ab Apitio pipere & liqua-
mine. **E**bria: compasta alibi:
ostrea tu sumis stagno saturā-
to lucrīo. **L**ucrino baiano: ad
baias. Nobile garū: cōdit̄ ab A-
pitio pipere & liquamine: qui
ēt docuit eadē ut mullos neca-
ri ī garo sociorū q̄a fierēt melio-
ris saporis. **S**itio garū. i. uelem
garo condiri. **L**uxuriosa: ī ma-
iores delicias.

Ceruleus. Scillæ pisculi
sūt minurnēses: q̄ gre-
gatī d̄gūt. loca ubi capiūt Cice-
ro ī orōne p̄ lege agraria silera
appellat: quis nōnulli codices

Sanguine de nostro. Murices iter cōchilia numerantur: unde purpura tingit: quæ in mediis eorum faucibus later: eorū testæ unguētis gestandis destinatæ sunt: unde supra legimus muricem unguēti. **E**sca sumus: capiuntur in cibum etiam.

In Venetis. Gobius & gobio dicitur. lue. Cū sit tibi gobio tātū. hic piscis captus in regione pōti ex glacie mæotidis nō ostēdit motū uitalē: nisi calore patiæ. **R**omæ exigui erat p̄cii: i stagnis uenetis & frequētissimus capit & lautissimis mēsis olim adhibebat: illic mutilatū s̄uat nomē.

Licet sit lau. hoc ē ueneti lauris me adhibent mensis.

Laneus. Lupus est piscis a uoracitate lupia dictus: ut Varroni placet celebris ē p̄ fertim q̄ capit iter duos pōtes i tyberi: nā q̄ tātū degūt i flumine nulli⁹ habent saporis: necesse ē siquidē cōmēdari culinisa marinis aqs enātē i fluuiatiles: q̄les sūt q̄ in liburnis ad ostia.

Timaui alunt: nā & marinas cōbibūt aquas & p̄xiō Timai flumine abluunt. Lanei dicunt a cādore carinū. Recte interpretatus est Porphyrio: licet ambigēs hoc dixerit piscē iter duos pōtes apud Horatiū accipi p̄ lupo. **O**ra timai eugæi: i populis eugæis: ex hoc foro iulieses suū garum faciūt.

Non. Aurata a colore dicta: unde Sergius orata dictus familiæ dedit nomē: ea maxie appetit ā gulosis: quæ conchis educata fuerit i Lucrō. Tales commendabat mulos Apitius: q̄ & cōchis & limo uescunt.

Ad palatias. Accipēs is squāmas ad hos uersas hēt: & cōtra aquā natādo meat. **I**n p̄cio oli maxio fuit: ut ex parasito ap̄d Plautū i Baccharia p̄cipit: cui⁹ hęc sūt uerba: q̄ mihi i mari accipēser latuit: cuius ego lat⁹ i latebras dedā meis dētibus: Idē docet Cicero i libello de fato apud quē dicit Scipioni numātino Accipēserē eē paucorū hominū. Idē distichon poetæ idicat: q̄ obrē minor Pli. scribere: q̄ eodē tpe uixit Accipēserē tūc nō fuisse in p̄cio simul diligētia desidero i Macrobio: q̄ scribit op⁹ Plinianū cōfectū eē t̄pib⁹ Traianicū & multo ante cōpositū fuerit: & dicatū Tito Vespasiano. **P**alatinas: imperatorias.

Accipensem. i. accipēserē dicit etiā accipensis. **M**unera rara: qualis est accipenser.

Ornent dapes ambrosias. q̄. d. debeat lautis & diuinis mensis.

Inter aues. Lepus. Et temporibus Augusti turdos fuisse saginatos Cornelius scribit: & ætate sua: in lepore idē fieri auctor ē Varro i tertio de re rustica. **I**udice poeta & turdus inter aues & lepos inter quadrupedes est primus: & sapit melius.

Qui. Aper mittit: ex quo ut supra octoginta saporis Apitius excogitauit. **R**utili⁹ p̄mus integre apposuit mēsis tā luxuriosa imitatiōe: ut & terni aliquādo postea ponerētur. fuit aut illius Rulli Rutili: i quē Cicero scripsit p̄ lege agraria. Magnitudo i hoc animali in precio erat: a qua nūc cōmēdat. Cuspide ætola: Meleagri. **D**iomedis. i. ætolis: quia ætolus erat Diomedes. i. hic aper ætolo illi prope par est.

Murices.

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis: & non est hoc satis: esca sumus.

Gobius.

In uenetis sint lauta licet conuiuia terris:
Principium cœnæ gobius esse solet.

Lupus.

Laneus euganei lupus excipit ora timai:
Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.

Aurata.

Non omnis laudem preciumque aurata meret:
Sed cui solus erit concha lucrina cibus.

Acipensis.

Ad palatinas acipensera mittite mensas:
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Lepus.

Inter aues turdus: si quis me iudice certet:
Inter quadrupes gloria prima lepus.

Aper.

Qui diomedis metuendus setiger agris
Aetola cecidit cuspide: talis erat.

Dente timet: Dammæ. Dammæ nō māuescūt: quod Pli. scribit: sed iure feræ dici nōn possunt: quēadmodū hirūdines nec siluestres sunt: nec plane familiares. Cōquerūt nūc sibi arma deesse aduersus canes: cū cornibus careant & ualidis dētibus. Cornua: aduersus canes. **I**mbelles: sine armis. **N**isi præda: capimur: nec reluctari possumus.

Matutinarū: Erix. De istrice necesse est itelligas: qui ex genere erimacei: in india præsertim & aphrica habent cute spinis cōtecta. **C**ū intendit cutem spinæ emittunt

e ppiquo: cū pugnat aduersus canes ut ualidi⁹ iaculet. sub pri mā lucē hæ capiunt. **O**rix autē inter capreas numerat: quas nōnulli solos dixerūt cōtrario pilo uestitas ad caput uerso.

Matutinæ quæ mane capiunt: quæ sæpe mortuis canibus capiunt. **M**orte canū: nā canes iaculatione spinæ necantur.

Hic: Ceruus in p̄cio erat: uel hac una de causa: quæ carnes tutū p̄stāt a febrībus: si mane edantur. **A**ffirmat Pli. p̄ncipē fœminā usam diu sine febrībus uixisse: quod uerū maxime putat si ex uulnere pierit ceru⁹ ætas longissima est: cum nonnulli cerui cōmemorētur torquibus obducta carne contectis: quæ Alexandri fuisse dicuntur. **C**erua prætera Sertorii fatidica nobilitatem huic feræ dedit: seorsum celebrata est cerua cāpana a Sillio. **A**ntiquiores nō fue

Dammæ.
Dente timetur aper: defendunt cornua ceruum:
Imbelles dammæ quid nisi præda sumus?

Orix.
Matutinarum non ultima præda ferarum
Sæuus erix: constat quod mihi morte canum?

Ceruus.
Hic erat ille tuis domitus cyparisse capistris:
An magis iste tuus siluia ceruus erat?

Lalilio.
Dum tener est onager: solaque lalilio matre
Pascitur: hoc infans sed breue nomen habet.

Caprea.
Pendentem summa capream de rupe uidebis.
Casuram speres: decipit illa canes.

Dorcas.
Deliciū paruo donabis dorcada nato.
Iactatis solet hanc mittere turba togis.

runt ceruo Cyparassi: & altero Siluiæ uirgilianæ. **C**yparissus puer a phœbo amatus ceruam habuit: quæ eques regebat. **O**uidius: Nunc equus in tergo relidēs huc letus & illuc

Mollia purpureis frenabas ora capistris. **C**eruus hic commēdat antiquate. **C**yparissus uersus in arbore sui nominis dolore quæ eū interemerit p̄ imprudētiā. **D**omit⁹: mansuefactus. **T**uo capistro: ut illud Ouidii: Mollea purpureis frenabas ora capistris.

Cum. **L**alilio. **O**nager cum paruus est dicitur lalilio: cuius sapore tunc aphrica gloriatur: nam illic onagri habentur in phrygia quoque & lycaonia circa montes frigidos: ut Strabo scribit. **L**alilio igitur uerbum punicum est: ut ex Pli. discimus. **Q**uam diu sola matre. i. solo matris lacte pascitur dicit lalilio: quod Isidorus quidam addit lalionem pasci in locis semotis uix sola matre præsentē: nec Aristoteles tradidit: nec Pli. sed ipse confinxit. **S**ed breue: nam cito adolescit: & in onagrū transit: ut feræ omnes beluæ gradiores. **S**ola ma. solo lacte matris pascitur.

Pendentē. **C**aprea in uaria distinguunt genera: nā sūt pigargi: sterpsicerotes: Ibices: soli. **C**aprea: quæ extremas rupes summa leuitate adēūt: canes sub rupibus collocati casurā expectāt: ut excipiāt: sed ipsæ summa agilitate p̄ rupes omnes euadūt: fallūtque canes. **D**e summa rupæ. i. ex rupe fragosa. **D**ecipit canes: qui eam sectantur.

Deliciū. **D**orcales a Pli. dicuntur: hæ nō trāsēūt mōtes syris uicinos: in deliciis poti⁹ habedæ: quæ mensis: Imprudenter igitur faciūt: qui eas mittūt nobilioribus ut edāt: nam mittendæ sūt: ut dēt filiis delicias. **I**actatis togis: nobilioribus: lactatis togis potes & sic intelligere: ut dicat uile esse munus & quod mitti soleāt uilioribus personis quales sunt ministri togati. **I**actati togis: hoc est fessis & fatigatis togatis. **T**urba scilicet diuitum.

Pulcher adest. Onager q̄ puincia sit: supraest dictū. hoc distichō ē tāq̄ e media uenera-
tione offerēte se onagro uenatioi: dū uenator idagaret elephātes. A labriosa igitur ue-
natione elephātorū reuocat uenatorem ad onaggr: qui se obtulit ut ostēdat maiorem es-
iusmodi uenatione uoluptatem inesse: cū sine ullo piculo peragat. **D**entis erythraei. ele-
phāti q̄ indicus dicitur. Sunt. n. & indici elephanti Auctore Pli. **S**inus: retia q̄bus nō indi-
gemus ad onagrum. Is. n. facilius & maiori uoluptate capit. Iuue. Impleuitq̄ sinus. i. retia.

Hoc tibi oleū uenetranū in
crāpania nobilissimum dua-
b^o de causis: q̄ & optimi esset sa-
poris: & odorē ūguēti haberet
secūda palma erat oleo liciano
ex pximo agro: de etiā palma
cōtēdebat histria & bætica: no-
bilitas ex carniē Iuue. etiā idica-
tur: Ipse uenafano piscē pfun-
dit oliuo. **B**acca: oliua. **S**uda-
uit: emisit p sudorē: nō autē ad
facē exprellistis. **S**umis ūguē-
tū. i. olfacis ūguētū. **O**let: ut
Pli. scribit: ūguēto adhibet: un-
de id unguentum olet.

Expirātis: Garū sociorū: ga-
rū erat liquamē falsū: qd̄ o-
li ex garo pisce fiebat: ūde nom̄
accepit didicit luxus e scōbris
piscibus facere tāta aestimatōe
ut singulis milib^o nūmū uix sin-
guli cōgii emerēt: nō tamē oēs
scōbri ad hoc erāt apti: sed q̄ ex
his pāia mittebat̄ ab isula Her-
culis q̄ scōbria appellabat̄: aut

a clazomēis a siæ palmā obtiuerūt: aut a Pōpeiis italiae: aut a lepta a phricæ. Foro iulieses ue-
ro ex lupo pisce garū cōficiēbat. Præstātissimū cognomē garū sociorū garomendose est ap-
ud Pli. ubi de mullis ait eos necari i sociorū garo: nā ea res cognomē iuenit: de prauatū ē
p sociorū insectorū: quē errorē indicat. xxxi. libro ubi garo sociorū apte noīat. Expirātis:
uiuentis. Fæcolū: nā q̄ multā habebat facē cōmēdabat̄: & garū nihil aliud ē q̄ fæx liquo-
re dēso. Fæcolū: ita habet codex atiquus. **S**i fastorū legis hoc r̄fert ad epulas lautiores uel
ad cerimonias in q̄bus garo utebant̄ auctore Pli. cōfectione piscibus squāma carentibus.

Antipolitani: Amphora muria. Liquamīa tres hēbāt gradus: garū p̄mū e scōbris: alte-
muria e thinnis: tertiū e minutioribus piscibus alec q̄ nihil uidebat̄: q̄ fæx colata. An-
tipolis: opp. tribus in locis: ut supra in asia in p̄mis ubi capiebāt thinni: unde muria atipo-
litana: e dalmatia itē mittebat̄ & ex ætruria. mittit̄ atipolitana nunc hoc disticho. **S**i esset
scōbri. i. si esset garū ex scōbro: qd̄ p̄ciosissimū est. **N**on tibi missa forem: sed summissa: q̄
non sum tam preciosa. sum enim muria ex thinnis non garum ex scōbro.

Hoc tibi. Mel atticū toto orbe celeberrimū est magnis laudibus: ut Pli. tradit p̄serti ad
hymettū mōtē: ūde marmora et effodiunt̄: q̄ hymettia dicunt̄ ut Strabo scribit. Pop-
ulatrix: q̄ populat̄ flores. **H**oc nectar. i. mel qd̄ ē pindeac si cēt nectar. **H**ymetti thesei
.i. hymetti atticī a Theseo rege. A siluis pallados. i. a siluis atticis: nā athenæ sūt Palladis.

Cvm: Fauis siculi. Hybleū mel tā notæ gloriæ fuit: ut eius causa hybla ab Hyblōe rege
dicta auctore Thucydide p̄stinū seruauerit nomen cū a megarenlibus esset secundo
condita: & megara dici deberet. Hyblamōs: & oppidum. **C**ecropios: dices eundē saporē
hyblæi mellis & atticī. q. d. hybleū nō ē inferius attico. Licet dicas: poteris iure appellā.

Onager.

Pulcher adest: onager mitti uenatio debet:
Dentis erythraei: iam remouete sinus.

Oleum uenafrum.

Hoc tibi campani sudauit bacca uenafri:
Vnguentum quotiens sumus: & istud olet.

Garum Sociorum.

Expirantis adhuc scombri de sanguine primo:
Accipe fastorum munera cara garum.

Muria. *palmonya*

Antipolitani fateor sum filia thynni: *arumy*
Essem si scombri: non tibi missa forem.

Mel atticum.

Hoc tibi thesei populatrix misit hymetti: *hymettia*
Pallados a siluis nobile nectar apis. *justa*

Fauis Siculi.

Cum dederis siculos mediis de collibus hylæ:
Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Gnosia: Passū uinū post græcū: ciliciū: & africū probat. fit ex uua quā græci sticam
nos apianam dicimus ex scirpula: prætera diūtius adustis sole uuis: aut feruēti oleo
donec paulo āplius dimidiū supersit tūtas leniter exprimunt: idē fit passū dulce tū addi
ta aqua uinaceis fit secundariū. huius uini meminit Plautus ī pseudulo: passū mirinā dul
ce quidē sed minoris precii: ut Varro morbū regiū dictū putet: quod eo remedio curet au
ctore Varrone: & Pli. supra: Nos alicam: mulsum poterit tibi mitteŕ diues. Ait igit hoc disti

Passum.

Gnosia minoæ genuit uindemia cretæ;
Hoc tibi: quod mulsum pauperis esse solet.

Picatum uinum.

Hæc de uitifera uenisse picata uienna:
Ne dubites: misit romulus ipse mihi.

Mulsum.

Attica nectareum turbatis mella falernum:
Miscerit decet hoc a ganymede merum.

Albanum.

Hoc de casareis mitis uindemia cellis;
Misit iuleo quæ sibi monte placet.

Surrentinum.

Surrentina bibis: nec myrrhina picta: nec aurum
Sume: dabunt calices hæc tibi uina suos.

Falernum.

De sinuessanis uenerunt massica prelis
Condita quo quæris consule: nullus erat.

Setinum.

Pendula pontinos quæ spectat setia campos:
Exigua uetulos misit ab urbe cados.

dulces. **Q**uæ sibi placet: gloriatur. **M**onte iuleo: albano ab Iulo æneæ conditore. **C**el
lis: cesa. nam Do. Cæsar secessu albano oblectabatur.

Surrentina. Surrentinū uinū a patria nomē accepit ubi orit. In cāpania olī ī precio fuit ob
salubritatē: sed Tiberius Cæsar dicere solebat medicos hoc iactare: ut ei auctoritatē
afferrēt alioquī esse generosū acetū: Caligula idem appellabat nobilem uappā: eodem ex
loco afferebat terra: unde nobiles calices fictiles fiebat. **P**icta: maculis distincta. **H**æc
uina surrentina. **S**uos calices: populares: nam surrentinos etiam habebis calices.

De sinuessanis. Falernum. Falernum in secunda palma fuit in agro oriebat: q a ponte
cāpano incipit: nomen sortitum a falerno agricola: q primus eas uites coluisse dī: si fa
bulosis Siliū carminibus credimus imis collibus nascebatur: mediis faustinum: summis
gauranum. Centum falerni amphoris triumphalis cœnas Cæsar ornauit: eiusdem uini
meminit Anaxipolis comicus eadem massica dicebatur. Sinuessa iuxta falernum. **C**on
sule: nam consulum nomina amphoris addebantur. Horatius: O nata mecum consu
lemanlio. **N**ullus erat: antequam consules essent diffusum fuit. ostendit uetustatem.

Pendula. Setinū diuus Augu. p̄mus. postea reliq̄ p̄ncipes illius iudiciū secuti p̄mo loco
statuerūt: nomē a setia urbe n̄ p̄cul a ueltris celebre ē testimoniis: Pli. Strab. Silius: Ipsi
us mēsis sepostalyæi setia. **P**endula: ī colle sita. **P**apiceos: uitiferos. **V**etulos ca. uinū uetus.

cho passum a paupere hri loco
mulsi. **S**olet esse mulsum paupe
ris: id ē loco mulsi apud paupē.

Hæc de uitifera. Vinū pica
tū: hoc est picis odore ex
cogitātū est a Viennēsisibus au
ctore Pli. tum eodē teste uites
quæ ei⁹ odoris uuas habebāt ī
italia sponte nasci cœperunt.
Mittit ergo nunc uinum: pica
nō medicatū a Viennēsisibus: sed
natū in solo romano: id. n. erat
gratius. Ipse romulus misit mi
hi. i. natū est in agro romano.

Attica. Mulsum uinum de
quo paulo ante dictū est
magno impēdio fiebat attico
melle tēperatū. huius confectu
rā docet Col. & Pli. Misceri: p̄
p̄nari a ganymede in cælo. su
pra: Ambrosias ornent mune
ra rara dapes.

Hoc albanū cū bona uina
bonas ferme uuas esui h̄re
non soleant: uinū albanū habe
bat uuas prædulces id oriebat
in uicinis collibus albæ: q̄ ab
Iulo Aeneæ filio cōdita ē: Mi
tis uindemia: quia sūt uuæ præ
dulces.

Aec: Fundanum uinum a fundis oppido Campaniæ ubi nascebatur: commenda-
tur hoc distico a uetustate: & a præcipua cæli temperie: quæ fuit. L. Opimio cõ-
sule sexcentesimo & tricesimo quarto anno ab urbe cõdita: ea dicta est coctura:
qua omnia uina eius anni solis opera præcipuum hubuerunt saporem: nataque sunt ma-
gna copia: ut in ducentissimum annum fuerint seruata: deuenirique in speciem mellis.
unde uinum opimianum supra legimus: & expositum est. Cicero aniciana uina eadem ue-
tustate celebrat ab Anicio con-
sule. Opimi: consulis Opimii
Mulsu: uinum opimianum
appellat: quoniam in speciem
mellis erat. laus uini e q̄ eo an-
no quo expressum esset iã mul-
sum: hoc est mulsu uideret.

On sum. Tripholinu:
an triphilinũ sit legen-
dum non satis habeo

compertum. Triphilam ur-
bem fuisse multis in locis do-
cet Strabo. sed in Italia Tri-
pholinum agrum legimus nõ
triphilinum. Iuuenalis:
Te tripholinus ager: fecundis
uitibus implet. Hoc uinum in-
ter plebeia numerabatur. De
primo lyæo: de primo uino.
Septima uitis: id est septimo
loco. Nam septem genera uini
iam numerauit poeta.

Ecuba. Cecubum ui-
num principatum uen-
dicauit: nascebatur in

Campania in locis palustribus: sed interit negligẽtia colonorum: & fossa præsertim Ne-
ronis: quam inchoauerat nauigabilem a baiano lacu hostiam usque. Amyclæ: urbs Iaco-
niæ patria Castoris: & Pollucis: eiusdem nominis iuxta Teracinam: quæ sunt deletæ a
serpentibus ut historiæ credimus: quamuis ex uersu Lucilii ob silentium periisse appare-
at: nam ait mihi loqui necesse est: nam scio amycylas tacendo periisse. Coquuntur: sole
perueniunt ad maturitatem.

Otabis. Signinum a signia patria: cuius meminit Strabo Inter medicamenta nume-
ratur: nam fluxum aluum sistit. Morantia: sistentia. Ne nimium sistant: ne nimi-
um morentur: ita habet codex antiquus. Sit sitis: id est parce bibas & sitias.

Mphora: Mamertinum. Messana urbs siciliæ a græcis condita ut meminerunt
Thucidides: & Strabo habitata olim a mamertinis populis campaniæ: ut Polibi-
us refert: uinum optimum ferebat: quod cum Italicis & præstantissimis: ut Stra-
bo ait certaret: nam de siculo intelligo omnino: neque aliqua est mihi suspitio de campa-
no. messanense dictum est mamertinum a mamertinis qui tenuerunt messanam: Immo
messanense non dicimus: sed mamertinum: ut Strabo tradit. Quod uis: id est potest &
cecubum & falernum dici: ut supra: Et quicquid uoluit testa uocatur anus.

Arraco: Tarraconense. Tarraco oppidum hispaniæ nobile emporio & portu
conditum a phocensibus uinum mittebat nobilissimum: sed lusitania maiore co-
pia cum in tarraconensi sit maior elegantia. Silius in tertio: Phocicæ dant em-
poriæ dat tarraco pubem Vitifero & latio tatum cessura lyæo. Tuscis cadis: uino tusco.

Fundanum.

Hæc fundana tulit fœlix autumnus opimi:
Expressit mulsu consul: & ipse bibet.

Tripholinum.

Non sum de primo fateor trifolina lyæo:
Inter uina tamen septima uitis ero.

Cecubum.

Cecuba fundanis generosa coquuntur amyclis:
Vitis & in media nata palude uiret.

Signinum.

Potabis liquidum signina morantia uentrem:
Ne nimium sistas: sit tibi parca sitis.

Mamertinum.

Amphora nestorea tibi mamertina senecta:
Si detur quod uis nomen habere potest.

Tarraconese.

Tarraco campano tantum cessura lyæo:
Hæc genuit tuscis amula uina cadis.

Omentana. Nomentanum uinum a nomēto patria ad .x. lapidem ubi ager olim erat sterilis: sed cura colonum optima uina coepit ferre: ibi Palæmō grammaticus habuit & Martialis ut ipse dixit: & Quintus Mar. amicus: qui uina diligentius illic colebat: & habebat meliora: unde in eum dixit in tertio: Centenis q̄ emis pueros & sæpe ducenis: Quod sub rege Numa condita uina bibis. Meū bachum: ex agro nomentano mitto tibi uinum. Bibes commodiora: quia ipse potest dare meliora.

Nomentanum.

Nomentana meum tibi dat uindemia bacchum:

Si te quintus amat: commodiora bibes.

Spoletinum.

De spoletinis quæ sunt cariosa lagenis: *si fat*

Malueris: quasi musta falerna bibas.

Pelignum

Massica peligni mittunt turbata coloni:

Non tu: libertus sed bibat illa tuus.

Acetum.

Amphora niliæ non sit tibi uilis aceti:

Esset cum uinum uilior illa fuit.

Massilitanum.

Cum tua centenos expugnet sportula ciues:

Fumea massiliæ ponere uina potes.

Ceretanum.

Ceretana nepos ponat: setina putabis:

Non ponit turbæ: cum tribus illa bibet.

Tarentinum.

Nobilis & lanis & fœlix uitibus aulon *mon est*

Det preciola tibi uellera: uina mihi.

Vnguentum.

Vnguentum hæredi nunquã nec uina relinquant

Ille habeat nummos: hæc tibi tota dato.

Corona Rosea.

Dat festinatas cæsar tibi bruma coronas:

Obilis. Tarentinum uinum. Aulon: iuxta tarentum opus achiuorum nobile uino: & lanis tarentinis. Habeas preciosas lanas. q. d. sola uina mihi placent. Loquitur ex sententia & secta Epicuri.

Vnguentum hæredi. Vnguentum mittit: cuius luxum multis uersibus carpit Plinius: nam hæredi non reliquitur cum omnis alia tuppellex preciosa ad hæredem pueniat: est enim comparatum ad luxum: & præientem uoluptatem ex secta epicurea. Igir Martialis hortatur amicum ad unguentum: & uinum: ut supra etiam dixit: Et potius ple nos ære relinque cados. Hæc scilicet uina.

At. Coronæ rosæ in solēnibus cœnis sumebat: sed cū nō esset hyeme: ramētis argenteis effingebatur demū diligēti satione in Cæliaris gratiam excogitatae hyeme proueniebāt: uide illud supra: Mitte tuas messes: accipe Nile rotas. Festinatas: ante legitimū tēpus

Espoletinis: Spoletinum sola uetustate conditur ut antiquissimum possit optimo musto falerno comparari. Cariosa: antiquissima.

Assica. Peligni pessimum mittebant uinū ut supra i dicauit: Non hæc pelignis agit uindemia prælis. Tuus libertus: cui peius uinum dandū ē.

Mphora. Acetū in ægypto ex uino mareotico & ex uilioribus uini fiebat maiore precio q̄ ipsum uinū cēt. Vilis significat cōtēnēd⁹ & parui precii. Nō sit uilis: nō cōtēnatur a te. Vilior. i. mīoris precii.

Vm: Massilianū uinū a massilia urbe Galliaē conditū fumo ut supra: Aut cocta fumis musta massilianis: præterea: Improba massiliae qcqd fūaria cogūt. docuerūt massiliēses medicari uinis nō solū fūo sed aloē: ut Plini. tradit. Expugnet: gregatī pascit. Cum multos habeat clientes potes dicere massiliense.

Eretana. Nepos agæ ceretanum habuit: ut supra meminit: ubi uinum colendo optimum seruabat: quo paucis cum amicis exhilarabatur.

Cū tribus: allusit ad trichiniū: quoda triplici ordine dictū ē.

Ueris: quia uere proueniebant. **N**unc facta tua est: nam mensis october Domitianus dictus est auctore Tranquillo. Referatur igitur hoc ad nomē mensis quod placet: nam dicebatur Domitianus. **F**acta tua: id est tuo mense prouenit o Domitiane.

Synthesibus. Ultimus est qui inscribitur Apophoreta: ut superioris initio dictū est. Tranquillus hoc uerbū usurpauit pro munerib⁹: quæ ab imperatore ciuib⁹ remittebantur: ait enim Caligulam agitatori Cythico in apophoretis uicies sex

tertium contulisse: & Vespasianum dedisse apophoreta uiris i saturnalibus: mulieribus calendis martiis: addit hunc: cum nihil aliud habeat agendū. Synthesibus describit dies saturnales: quib⁹ senatores & equites synthesibus utebantur: depositis togis: aliis dieb⁹ uti synthesi luxuriosum habebatur. Unde illud notatur in Nerone quod synthesinam uestem indutus discalciatus aliquando in publicum pdierit. Sumebatur præterea pilea a seruis in libertatis indicium: quæ illis diebus mittebantur: In monumentis tamen Cesii est seruos pileatos uenales fuisse in toga: quemadmodum in libello coronati uendebantur: ut Cato docet: & uersus Aristophonis in Plutone. **N**ec timet spectare ædilem: nec timet ædilem: uenientem cum ludit. **C**um uideat uerna: id est cum uideat omnia uernantia prope dies saturnales: quibus omnia uernabant. **G**elidos lacus: describit in urbe: Et si hyems erat: non placet legas. **V**erna: id est seruus est: nam nullus est sensus nisi ita exponas: quæ uerna nō timet ludere: quum uideat gelidos lacus: id est quum uideat esse decembrem mensē: & saturnalia: quo tempore ludus aleæ permittebatur. **A**lternas fortes: mutua munera. **N**ostrum iouem: conueniunt clementiæ nostri imperatoris. **Æ**dilem: ædiles præficiēbantur aleæ prohibendæ in saturnalibus. **A**pinæ: nam res leuiore solebant mitti i apophoretis. **A**pinæ: ab apino fructu fragilis corticis. **T**ricæ impedimenta dicuntur: unde extricari expedire quasi tricæ: ut placet Marcello hoc ē capilli: quibus gallinarum icellus impeditur. Cicero hoc uerbo usus est: Tricas scilicet domesticas loquens de uxore. **Q**uid agam potius: quam scribam tale carmen. **P**ro cælo: unde olim te deiecit. Troiam: bellum troianum. **M**icenas: id est classē micenam. **N**ucibus: pueri nucibus ludebant in saturnalibus.

Quondam ueris erant: nunc tua facta rosa est.

M. Val. Martialis Apophoreta.

Synthesibus dū gaudet ^{uiffas duplurata} eques dōinusq; lætus: Dumque decent nostre pilea sumpta iouem: ^{bona} Nec timet ædilem moto spectare fritillo: ^{fructu} Cum uideat gelidos iā prope uerna lacus:

Diuitis alternas & pauperis accipe sortes:

Premia conuiuæ det sua quisque suo.

Sunt apinæ: trichæque: & si quid uilius istis:

Quis nescit: uel quis tam manifesta negat:

Sed quid agam potius madidis saturne diebus:

Quos tibi pro cælo filius ipse dedit:

Vis scribam thebas: troiāque malasq; mycenas:

Lude inquis nucibus: perdere nolo nuces.

Quouiscunque loco potes hunc finire libellum:

Uersibus explicitum est omne duobus opus.

Lemmata: ut supra bis est expositū inscriptiones dicuntur quæ argumēta cōtinēt quales sunt ī distichis. Explosus est error eorū qui putarūt hūc librum lēmata inscribi: cum id nō magis huic libro q̄ superiori cōueniat: supra pro argumēto accepit. Si malueris .s. legere solas inscriptiones: q̄ pigeat legere disticha.

Secta. Pugillares: tabellæ sunt ī quib⁹ scribere licet: hæc ex ligno formauit Homeri scarmē in causa Bellerophontis: quando ad litiorū regē missus est: ut ante epistolas pugillares fuisse demōstrētur.

Apophoreta.

Lemmata si quaris cur sint ascripta docebo:
Vt si malueris lemmata sola legas.

Pugillares Citrei.

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas:
Essemus libyci nobile dentis onus.

Quincuplices.

Cæde iuuenorum domini calet area foelix:
Quincuplici cara cum datur altus honor.

Pugillares Eborei:

Languida ne tristes obscurent lumina cæræ:
Nigra tibi niueum littera pingat ebur

Triplices.

Nunc triplices nostros non uilia dona putabis:
Cum se uenturam scribet amica tibi.

Pugillares membranei.

Esse puta cæræ licet hæc membrana uocetur:
Delebis: quotiens scripta nouare uoles.

Vitelliani.

Nondum legerit hos licet puella:
Nouit quid cupiant uitelliani.

Chartæ epistolares.

Seu leuiter noto: seu caro missa sodali:
Omnes ista solet charta uocare suos.

hi mittebant in saturnalib⁹: quæ cult⁹ hūani elegātioris auctor habitus est Saturnus. **P**rimus luxus citreos cœpit cōponere: cū ex citro ligno solæ mensæ magna æstimatione dolari solerēt: ut supra ē recitatū. quæ a dentib⁹ elephantinis sustinebant. **M**endosa dictio: ī plerisq̄ que codicib⁹ inualuit. nā cum onus scribi oporteat. uide etiā ueteris scripturæ opus est iuersum. **I**n tenues tabellas: pugillares. **N**obile onus: quia mensæ fuisset & sustentatæ a dente elephantino. **D**entis libyci. i. dentis elephantini: quo mensæ citreæ sustinebant.

Cæde. Quincuplices tabellæ dicebantur a numero quinque foliorū: cū alii pugillares leuiorib⁹ rē essēt dicat: his triumphus decretus nunciabatur imperatori uel consuli. hunc morē distichon demonstrat.

Cæra quincuplici: tabellis quincuplicibus. **C**alet cæde iuuenorum. i. tepescit cæsis iuuenis ī hecatombem.

Languida. Pugillares ebur nei dabantur senioribus

& lipis: ut aptior his esset uisus ad scribendū. Nigra littera: nigrū atramētum. **L**anguida: debilia. **T**ristes cæræ. i. obscuræ tabellæ cæratæ: quibus aliis solent uti.

Lunc: Triplices a tribus foliis: quincuplices a quinq̄: sed hi rebus amatoris & leuioribus seruibant.

Esse. Pugillares membrani. Mébrana charta inuēta est pergami in asia: ut Varro tradit: & repetitum ē a Plinio: unde pergamena dicta est. tanta crassitie pugillares inde fiebant: ut non secus q̄ ex tabella scripta deleri possent. **P**uta has cæræ. i. tabellas cærætas quia eundem usum præstabit. **N**ouare: iterum scribere.

Non uitelliani. Vitellianæ chartæ uiris amicis scribentibus seruibant: ut triplices mulieribus ad uiros. **N**ouit: quid cupiant.

Seu. Cum uaria essent chartarum genera auctore Plinio: ea quæ dicebatur augusta auctoritatem retinebat in epistolis: hæc nunc mittitur. **I**sta charta: augusta. **S**uos: alludit ad inscriptionem: ut Cicero Lentulo suo. **L**euiter noto: parum noto.

NOs: Loculi eburnei: Loculi minores capsulae dicebantur in quibus suabantur pecuniae: unde
Trágl. scribit galbā ex puatis loculis cana tibicini dedisse pecuniā. Hi cū erant ebur
nei aureolis suadis destinabant. **F**laura moneta: aurea. Ligna uilia. i. loculi ligni uiles.
Si quid. Loculi ligni cū uilem monetā suarēt: pagē diligēter exhauriebant: hæræbatq; fū
do sæpenumero denarius: ex hoc loquētes loculi ligni iocant. **F**æce: fūdo. tractū
a uino: cuius fæx est in fūdo. **E**rit munus: hēbis hoc munus. **L**ocellus erit. s. munus: si nihil
est pecuniæ.

Quod nūmos. Vitelliani sūt
loculi ex corio uitelliano
cōfecti: cū autē id genus chartæ
soleat mitti amicæ ut supra di
xit: nondū legerit: & cætera: &
loculus ex uitellianis sit inanis:
iocat tu inquit putas hanc chartā
mitti amicæ cū sit uitelliana:
sed falleris: nā ē loculus inanis
ad pecuniā suadā accommodat⁹:
& cū uelit ostendere inanē eē
subdit. **R**ogat nūmos: quia
nullus. s. intus habet.

Non. Chartæ maiores sunt
loculi chartei grādiore: q
puellæ mittunt inanes: ut su
pra sunt uitelliani. **C**hartas:
charteos loculos uacuos.

Cum steterit. Tali ebur
nei quo nūero sit initio
superioris libri dictū ē. sūt pluriū
angulorū q̄ tessaræ q̄ q̄tuor tā
tū ptes habēt sed ipsi sex. glori
antē igit nūc q̄ nūq̄ eodē pūcto
cōsistāt: nā mō bīos pferūt nu
meros: mō ternos uicissiq; al
ternāt. **V**ultu eodē. i. eodē nu
mero pūctoz: nā quotiens fer
me iaciunt tali pūctū mutant.
Magna mūera: quū eodē mu
nere tātam uidebis uarietate.

Non sim. Tessera & si pauciores habet partes: tamē nō minorē habet ludū. cum gran
dior sæpe pecunia tessaris cōmittatur q̄ talis: ex hoc tessaræ putant se nō esse inferio
res talis quāuis numero angulorum superentur. **P**ari numero: id est non habeam tot pū
cta: nam ut apud græcos scribit P ollux astra galus quem ego puto tessaram esse quat
tuor tantū habet latera: nam uno latere duo puncta altero quinq; defunt. cybos autē. i. ta
lus hēt sex latera. **M**aior alea. i. maior pecunia cōmittat ludo meo q̄ talis.

Quærit. Turricula istū erat quo cōcussi tali emittebāt: ne lusoris fraudē cōpositi opta
to pūcto cōsisterēt. Horat. uerbo græco usus ē: talos mitteret in pyrgū: nā pyrgus tur
ri significat: hęc igit gloriat q̄ dolosæ manus fraudes cōpescat. **F**acere uota. i. optare &
suscipere uota. manus ergo cū iacit talos p turriculā: nihil aliud potes facere q̄ uota. i. po
test optare bonū pūctū certū præstare minime. **P**er me: turriculam.

Hic mihi: Tabula lusoria alueū puto intelligi: nā & in analib⁹ illud est Pōpeiū e tertio
triūpho alueū lusoriū reportasse e gemis: cū tessaris latū pedes tris: longū quattu
or. eadē tabula & tessaris & calculis suiebat. In calculis autē ut infra dicebat: alii dicebāt mili
tes: alii hostes. **H**ic numeratur. i. hęc tabula seruit tessaræ calculis.

Loculi Ebori:

Hos nisi de flaua loculos implere moneta
Non decet: argentum uilia ligna ferant.

Loculi ligni.

Si quid adhuc superest in nostri face locelli:
Munus erit: nihil est: ipse locellus erit.

Idem uitelliani.

Quod minimos cernis mitti nos credis amice:
Falleris. & nummos ista tabella rogat.

Chartæ maiores.

Non sunt munera quæ putas puella:
Cum donat uacuas poeta chartas.

Tali Ebori.

Cum steterit nullus uultu tibi talus eodem:
Munera me dices magna dedisse tibi.

Tessera.

Non sim talorum numero par tessera: dum sit
Maior: quam talis alea sæpe mihi.

Turricula. tabula lusoria

Quærit cōpositos manus improba mittere talos:
Si per me misit: nil nisi uota facit.

Tabula Lusoria.

Hic mihi bisseño numeratur tessera puncto:
Calculus hic gemino discolor hoste perit.

Alea. Noces pmittebant pueris in saturnaliis: si propterea iudebant uapulabant a magistro: supra: la tristis nucibus puer relicta: clamorose reuocata a magistro. **P**arua alea: paruus ludus. **E**t non damosa: quae scilicet ferat aliquid damni. **N**ates: uerberatas a magistris.

Sortitus. Theca libraria: Theca repositorium cuiuscumque rei dicitur: Libraria siue calamaria: quae communes librorum. haec donauit sine calamis. **E**am sortitus: cum ea tibi sorte data sit. **L**euiora: calamos.

Noces.

Alea parua noces et non damnosa uidetur:
Saepe tamen pueris abstulit ista nates.

Theca Calamaria.

Sortitus thecam calamis armare memento.
Caetera nos dedimus: tu leuiora para.

Calculi.

Insidiosorum si ludis bella latronum.
Gemmeus iste tibi miles et hostis erit.

Graphiarium.

Haec tibi erunt armata suo graphiaria ferro:
Si puero dones: non leue munus erit.

Dentiscalpium.

Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis
Defuerit: dentes penna leuare potest.

Auriscalpium.

Si tibi morosa prurigine uerminat auris:
Arma damus tantis apta libidinibus:

Acus Aurea.

Splendida ne madidi uiolent bombicina crines
Figat acus totas: sustineatque comas.

manu. Stilus autem totus ferreus est. **P**uero: pueri stilo utebantur ad scribendum.

Lentiscum melius. **D**entiscalpium instrumentum quo dentes scalpebantur: id ex lentisco fiebat frutice celebrato monumentis Virgilii: Plinii & Ciceroni: aut certe ex penna rubra. supra: Stat exoletus subgeritque ructanti pinnae rubentes cuspidesque lentisci: Contra dentifricium dicebat quicquid remedium dentibus tergendis aptum erat. **L**entiscum: instrumentum ex lentisco. **L**euare: expurgari. **M**elius: quam penna. **F**rondea: cuspis lentisci.

Si tibi. **A**uriscalpium scalpēdis auribus instrumentum olim in pretio cum prurientem aures scalpere summæ sit uoluptatis: antiqui uerminari dixerunt propterea quod uermibus qui facile se torquent: auctor est Marcellus. **A**rma: instrumenta. **L**ibidinibus tantis morosa prurigine: difficili & nimium eleganti. nam morosi dicuntur qui nimiam quaerunt elegantiam a moribus: quos peculiare & ab aliis separatos habere uidentur.

Senia. **A**cus aurea: acus piscis genus: acus item crinalis componendis crinibus inuenta est qualem Propertius celebrat: amomo uncti crines in globum colligebantur antequam uitta tegerentur: nullum enim seruabant ordinem: & decor omnis amittebatur si passis & uagantibus super induceretur uitta praesertim cum uncti essent. **C**apillorum igitur globus acu sustinebatur: haec mittitur. **T**enia: uerbo graeco usus est: nam tenia graece celatine uittam significat. **F**igat: globum. **M**adidos: amomo.

Insidiosorum. **C**alculi idem latrones dicebantur: quod uitrei erant duas in partes diuisi: cum alii milites: alii hostes dicerent. Ouidi. Siue latrocinii sub imagine calculus ibit: Fac pereat uitreo miles ab hoste tuus. supra: Sic uincas nouiumque publicumque matris: Et uitreo latrone clusus. **S**i ludis bella: si delictaris ludo latronum. **I**ste calculus: gemmeus uitreus. **E**rit miles & hostis: quia idem habebis tuos milites: & reliquos hostes.

Haec. **G**raphiarium a grapho dicitur: quod significat scribo: latini stilum dixerunt unde extat foedus Porcenae cum romanis: ne alicui uti liceret ferro praeterquam ad agriculturam: quo stilum etiam comprehedebant: nam ut additum est in annalibus non satis tutum habebat scribere stilo. Is si longior fuerit telum habet: & dicitur graphium quali Caesar utebatur & usus est in uulnere caesae. de graphio. id est stilo ad scribendum Suetonius in Claudio: Graphium & libellos quos tenebat in

Quid pecten. Locatur in caluum qui pectine non indiget: cum non habeat capillos: fiebat ex buxo ut nunc. **B**uxus multifido dente: periphrasis pectinis.

CAustica. Sapo inuētus ē a gallis capillis rutilādis ex seuo & cinere: cinis aut faginus & seui caprinū in hoc tenent palmā. Germani eodē utebant liquido & denlo: sed uiri potius q̄ foeminae: ut auctor ē Pli. ea dicuntur habere uim causticam: quae sicitate adurunt ut cinis: nam **Σικκος** graece latine significat ignitum. hoc uerbo multis in

rent purgamēta manu colligē- tes sordidi: & cōtaminati. **U**bi hoc uel legistis: uel uidistis un- quā: Codices p̄tea ferme oēs: Sed p̄ciū hēnt non oia: & ita est legēdum. Nam laudant sco- pæ ēt q̄ olim fuerint i precio: ait poeta argumento esse q̄ ex palma arbore nobillissima fie- bant nūc æstimationē accipi- ent a delicatissimis cibis & reli- quis quas uerrēt: & ita ut pro- posui tēpore & luxus notat. De Lucilliano uersu nihil laboro: quīs eū quoq̄ male accipiant Pli. n. non ut de aseroris Lucil- lum locutū ostēdat hūc uersū refert: sed ut pauimēta ante cī- bricū bellū frequētata fuisse d̄- mōstret: uerba hęc sūt Pli. Fre- quētata uero pauimēta ante cimbricū magna gratia animo-

Oia sed scopis nunc analecta dabunt.

Scalptorium.

Defendet manus hęc scapulas mordēte molesto Pulice: uel si quid pulice sordidius.

Manuale.

Ne toga barbatus faciat uel penula libros: Hęc habies chartis tempora longa dabit.

Lectus pauonicus.

Nomina dat spondæ pictis pulcherrima pennis: Nunc iunonis auis: sed prius argus erat.

Ephippium.

Stragula succincti uenator sume ueredi: Nam solet a nudo: surgere ficus equo.

Stibadia.

Accipe lunata scriptum testudine signum: Octo capit: ueniat quisquis amicus erit.

rū: Inditio ē ille Lucillian⁹ uersus. Ante pauimēta atq̄ ēblemata uermiculata: quē uersū Cicero quoq̄ qd̄ isti ignorabāt i suo oratore atēq̄ Pli. inseruit. Sed iam satis explosimus eorum leuitatem & ignorantiam.

Defendet. Scalptorium instrumentum erat eburneum i speciem manus confectū: quo pruritus scapularum terrebarur: cum manus eo protendi non possit. **S**capu- las: pruritus scapularum. **S**i quid sordidius: id est pediculus.

Ne Toga. Manuale tabulæ erant ex abiete quibus libri seruabantur: ne usu attriti fierent pilosi aut sordidi. **H**ęc abies: hęc abiegna tabula. **B**arbatus: id est pilosus: ut supra: Quæ duo nondum inhorruit mento.

Noia dat: Lectus pauonin⁹. Tabulæ citreæ erāt i magno p̄cio undatī imitātes oculos pauonū auctor ē Pli. unde mēsa ex his cōfectæ pauoniæ dicebant: & triclinioꝝ lecti discubitorii pauonini his tabulis opti. **L**ectos aut acere arbore aut citro fuisse optos scri- bit Pli. Mittit̄ igit̄ nunc lectus pauoninus ex fabula pauonis. **N**oia dat spondæ. i. lectus ac- cepit nomē a pauone: nā dicit̄ pauonius: nam ex tabula citrea pauonina cōstit.

Stragula. Ephippiū sella i quo dicit̄: nā epi significat i ippos equū. Ueredi equi uelo- cissimi in usu uenatoꝝ. supra: Parcius utaris moneo rapiēte ueredo. hic ephippio indi- get cū sæpe excuciat sessorē nudus. **S**tragula. i. ephippiū: quicqd̄ sternitur stragula sūt. **S**olet surgere pectus. i. excuti sessor. **E**quo nudo: nō habēte ephippiū: ut supra dixit̄ d̄ ueredo: Hūc datū esse frangere sæpius sessorē: q̄ leporem. Alia scriptura habet. Ficus: ut dicat ficus solet surgere: q̄ sessor sine ephippio ficosus fiat podice attrito dorso equi.

Accipe: Stipadia. Stipadiū locus erat apt⁹ cœnatiōi: ut epistola Pli. docet: nūc mittit̄ tricliniū testudineū i speciē stipadii: ubi octo poterāt discūbere. d̄ triclinis factis su- pra ē expositū. **S**criptū: distinctū & pictū. Signa octo discūbetes. supra: Septē signa capit sex sumus adde. i. uoca lupū. **L**unata testudine: i speciē lunæ. **V**eniat: ad octauū usq̄.

Foemineā. Gustatoriū mēsa erat ubi gustabāt lecti e testudinib⁹ lectis: e quib⁹ & lecti & triclini operiebant qd̄ iuentū ē tēporibus Neronis: quædā erāt testudines terre-
stres ī desertis lybiæ iuentæ quæ ī operib⁹ cherlinæ dicebant hoc ē terrestres: nā chersos
significat terrā. Alebant rore: neq; eodē ī loco aliud aliqd̄ aīal nascebat. Erant p̄terea tes-
tudines aquaticæ: ex quæ marib⁹ testæ itegēdis lectis aut tricliniis Palmā tenebāt. Lo-
quit gustatoriū ex p̄sona testudinis affirmās se nō cōstare ex terrestrib⁹ testudinib⁹: quæ
uiliores sūt: sed ex marinis &

ex maribus: nā sūt præstantio-
res. **F**oemineā chersō: testudi-
nē foemineā. **P**ræda mascula:
māre captæ ī mari nō chersæ
Accipe: Mensa citrea. At-
las mauritaiæ mōs citrū
arborē producit: unde mēsa ci-
treæ fiebāt tāta taxatiōe: ut ha-
rū sūptū foemine uiris expbra-
rēt: cū ipsis margaritæ luxu
exprobraretur: Vēditæ sūt ma-
gno precio ex hæreditate Asi-
nii Pollionis & multorū. in his
laus erat: ut media cōmissura
non appareret: sustinebāturq;
pedib⁹ elephātinis. **S**iluas fœ-
lices: mēsas preciosas ex atlāte.
Minora dabit. q. d. hæc dona
superāt aurea.

Non Mēsa acerna. Mensa
ex acere arbore cōfecta p̄-
ximā citreæ dignitatē obtine-
bat: & cū citreū desideraret suc-
cedebant tabulæ acernæ. **M**ē-
sa igit̄ acerna loquēs ait se nō mīn⁹
lautis epulis onerari: q̄ citrea solet. **N**ō sūt crispa: id ē
nō sūt citrea crispis uenis p̄ciosa: nā citreæ quæ ī uena erāt crispæ magnæ erāt taxatiōis: &
tigræ dicebāt. auctor Pli. Filia: n̄ sūt nata. Siluæ mauræ. i. citri atlātici: nā Atlas maurita-
niæ est mons.

Grandia: Dentes eburnei. Inualecente luxu excogitatū ē pedes elephātinis mēsis ci-
treis supponere: quod supra repetito carmine poeta sæpe ostēdit: & ita exposuim⁹
locū illū ī iactabūdo q̄ ī septis uolebat oīa coemere: q̄ poposcerit ebur alte expositū. i. den-
tes elephātinis. Pli. hūc luxū detestatur ī. xii. naturalis historiæ nōdū iquit natū erat ius
ex eodē ebore: ut deorū simulacra spectarētur: & pedes mēsarum. nunc igitur pedes ebur-
nei ex dentibus elephantorum confecti habent hoc distichon. **P**ortant. sustinent Ta-
urorum: quia tauri iactantur in teatro ab elephantis. Trabes libycas. i. mēsas citreas.
Puncta. Quincupedala mēsurā quinque pedū nomē habet. hoc utebātur ad parietes
ædificatos dimetiēdos tāto artificio: ut etiā si redēptor: hoc ē qui suscepit parietē
ædificandū male ex ædificasset: hoc instrumēto deprehēderet. **C**lex: pertica ex ilice. **P**ū-
cta notis. i. distincta signis mensuræ. **C**lausula acuta cuspide: cōpacta. **C**lausula: mūita. **P**ro-
dere: deprehendere. **N**otis: mensura. Furta: si minus ædificauit.

Non. pocula archetypa nota sūt uel hui⁹ poetæ carie: nā sæpe hoc uerbo us⁹ ē: & nos di-
dicim⁹ ea eē pocula archetypa: q̄ atiq; s̄liorū opificū manib⁹ elaborata ferebāt: undē alia
ad exēplū effigerēt. Mētor at nobilis monumētis atiquorū sūmā laudē adept⁹ ē argenteis
poculis elaborādis. Nō ē gloria n̄ri cæli. i. nō ē gloria artificii n̄rorū tēporū: nā cælū sculpto-
ris instrumētū ē. q. d. hæc pocula nō sūt elaborata ad alienū exēplū: sed ipsa Mētoris artifi-
cio elaborata aliis exēplo stāt: sūt. n. archetypa: & hæc forma primū ī iis a Mētore edita ē.

Gustatorium.

Foemineam nobis chersor. si credis inesse:
Deciperis: pelagi mascula præda sumus.

Mensa citrea.

Accipe fœlices atlantica munera siluas:
Aurea qui dederit dona minora dabit.

Mensa acerna.

Non sum crispa quidem: nec siluæ filia mauræ:
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

Dentes eborei.

Grandia taurorum portant qui corpora: quæris:
An libycas possint sustinuisse trabes.

Quinque peda.

Puncta notis illex: & acuta cuspide clausa:
Sape redemptoris prodere furta solet:

Pocula archetypa.

Non est ista recens nec nostri gloria cæli:
Primus in his mentor dum facit illa: bibit.

Non sunt. Calices audaces. Calices audaces uitrei erant exigui precii ad circū maximum expositi suis officinis: de his supra extat carmē. Audaces dicti quia uasa chrySTALLINA falsa specie imitarentur: nunc negant se appellandos esse audaces: cū plebei sint & uitrei: & gemmas non habeant quae aquis calidis solent uitari in aliis poculis. supra: Et nimirū calidis non uiciantur aquis. Vitri: cū sumus uitrei. Plebeia torēuata: uasa torēnata plebeia. Feritur aqua ardenti. i. uiciatur aqua calida: ut alia pocula.

Calices.

Non sumus audacis plebeia torēumata uitri.
Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

Phiala aurea cælata.

Quamuis callaico rubeam generosa metallo
Glorior arte magis: nam meus iste labor.

Calices Vatini.

Vilia sutoris calicem monumenta uatini
Accipe: sed nasus longior ille fuit.

Lances Chrysendeta.

Grandia ne uiola paruo chrysendeta mulso:
Ut minimum: libras debet habere duas:

Vasa aretina.

Aretina nimis ne spernas uasa monemus:
Lautus erat tuscis porsena fictilibus.

Bascauda.

Barbara de pictis ueni bascauda britannis:
Sed me iam mauult dicere roma suam.

Quamuis. Phiala aurea cælata cum aliis uasis cælaturae fiant gemmis: aut crustatione aliqua inserta: phialae cælantur ex sua tantum materia erant aureae: adeo duae unciarū phiala a Phithea sculpta incredibili aestimatione uenit: erant autē in emblemate Vlyxes & Diomedes palladiū subripientes. nunc phiala se ante ponit aliis uasis: hac una laud quod nihil habeat insertum aut alienum: sed totū emblemata eius constet materia. Magis gloriatur arte: id est maiorem habeam gloriam ex emblemate. Iste labor: emblemata. Est meus: ex me.

Vilia: Calices Vatini. Vatinius beneuetanus calices conficiebat prominentibus nasus: modo singulis modo binis: modo quaternis. Iuue. Et beneuentani sutoris nome ha-

bentem Siccabis calicem nasorum quattuor. Vilia quidem erant uasa: sed Vatini officio comendabantur: ex hoc extat distichon. Sutoris: magistri. Nasus: illa prudentia & ars Vatini: alludit ad nasum: nam Vatinius sutrinæ alumnus distorti corporis erat temporibus Neronis: ut ex historia Cornelii Taciti propagatum est: quis uilia haec sint: tū a p̄cio opifice cōfecta sūt. Longior nasus: calicis. erat enim nasutus Vatinius & perit.

Grandia. Lances chrysendetae patinae erant latiores aureae: quibus pisces in primis gestabantur: sed preciosiores quales erant multi. Ne uiola: ne affice ignominia. Ut minimum: ad minimum.

Aretina: Vasa aretina uasa fictilia: ex terra aretina fiebant magna laude: ut Plinius tradit: Rudis antiquitas fictilibus utebantur: quod Numa instituisse & docuisse dicitur. Agathocles siciliæ rex cum ex humili conditione in regiam peruenisset dignitatem: prioris fortunæ non oblitus: fictilibus perpetuo usus est. Nunc ait poeta Porsenam usum esse aretinis: duo designans & temporibus Porsenæ hæc in usu fuisse magna aestimatione: & aretinos illi paruisse. erat enim rex clusinarum in ætruria. Tuscis: aretinis.

Barbara. Bascauda uas erat peregrinum: nam britania hoc dedit seruato patriæ nomine. Iuuenalis: Addas & bascaudes: & mille escalia. Escalia: id est escis apta. picti dicuntur britanni: quoniam glastica est herba similis plantagini succo tingebant: ut horribiliores in bello essent: nam eo nigrescebant in speciem æthiopum: eorumque uxores eodem medicamento utebantur in quibusdam sacris Plutonis. Barbara: uasa peregrina.

Pictis: glasto. Suam: quia dicit me romanam.

S Non: Panaca. Menda est apud Ptholomeū p panacis populis rhetiæ panari scri-
ptum est: indemittebatur uasa uinaria de nomine patuæ panaca dicta. Rheti at po-
puli in italiā usque supra Veronā & Comum extenduntur: habetque uina iudicio. Vir-
gilii falerno tantum cedentia: Strabonis sententia certantia cum omnibus: grata Augu-
sto: ut scribit Trāquillus. Rheti a Rhetō duce. Si non est ignota: id est si aliquando fui-
sti Veronæ. **P**otasti uina thetica: panaca. **M**ea testa: me panaco uale.

Cum mihi boleti. Boletaria
uasa cōdēdis boletis cōpa-
rata ex forma: sed tñ destinabā-
tur coliculis: q̄ inter cibaria ga-
neata numerātur s̄nia Apitii: q̄
id docuit t̄p̄ibus Tiberii: con-
querūtur q̄ cū nomen hēant a
boletis coliculis s̄uiāt. **P**roto-
tomis coliculis. i. teneris & qui
p̄mī succidunt. **N**omē tā no-
bile: q̄a dicor boletaria: nā bole-
ti nobillissimi erāt. alibi: Bole-
tos mittere difficile.

Accipe: Calices surrentini.
Surreti ī campania æqua
æstimatione terra erat: ex qua
uasa confecta cū arētinis certa-
bāt: sed præstabāt leuitate: nā
leuigabant. Non uili: nō igno-
bili. **L**eue: politum rota.

Setinos: Colū niuarium.
Niues s̄uatae ī penu ui-
na refrigerabant hoc pacto: nā
cola hoc ē sacci niuib⁹ īplebāt:
p̄ quas effusa uina colabāt gra-
tissimo frigore: hoc ē q̄d supra
dixit uina transmissa sacco sol-
licito: cola aut̄ lautiorib⁹ s̄uie

bāt. hēbāturq̄ maioris p̄cii: nā expolitis uiminib⁹: aut certe p̄ano crassiore cōstabāt: eadē
uuis exp̄mūdis erāt apta. **V**irg. Tu spisso uimie qualos: Cola q̄ ploꝝ fumosis deripe te-
tis: cōficiēbātur itē sacci ad eundē usū linteī: sed minore p̄cio. Cola aut̄ dicta sunt a colā-
do: nā inde uina colabātur. **P**li. Hi niues: illi glaciē potāt: p̄enasq̄ montiū ī uoluptatem
uertunt. seruatur algor æstib⁹: excogitaturq̄ ut alienis mensibus nix algeat. **F**range tri-
entos setinos: cola uina setina: hoc est præstantissimū. **N**on inferiora nostra niue. i. per
nostrā niuē. Lina: hoc est unum uilius potes colare per saccos linteos.

Atrenuare. Saccus niuari⁹ ait se n̄ inferiorē esse colo: q̄do niuib⁹ suis colatū uinū n̄ sit
amin⁹ recēs q̄ m̄et ex colo niuario. **N**ra linteā: p̄ani linteī. tuo colo. i. niuario. Salit: exit.

Frigida. Vrceoli ministratorii dicebāt q̄b⁹ frigida & aqua calida ministrabat̄ mēsa cū
utraq̄ uicissim miscebat̄. monēt potaturę ne nimis morosā tēpatōnē & mixturā disq̄-
rat. **L**udere: lasciuire. **S**iti morosa: difficili: & quæ nulla mansura contenta sit.

Hic tibi donatur. Vrceus fictilis hoc loco commendatur ab opificio: quo uel seueris-
simum conuiuam ad sitim aquæ gelidæ quæ luxuriantibus tantum datur allidere
posset. **F**ronto: in historia est Cornelii Taciti de quo non loquitur hoc loco: est item in
epistola Pli. Secūdi laudatus ab arte dicendi. Fronto tertius stoicus: cuius meminit poe-
ta: quoniam iā recētiorę tēporū erat. **P**ansa ansa. lata ansa & discreta: ut pansī boues habē-
es cornua in diuersum tendentia. **S**toicus: quis stoicus esset.

Panaca.

Si non ignota est docti tibi terra catulli:
Potasti testa retica uina mea.

Boletaria.

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen:
Prototomis: pudet heu: seruij colliculis.

Calices Surrentini.

Accipe non uili calices de puluere natos:
Sed surrentinæ laue toreuma rota.

Colum niuarium.

Setinos moneo nostra niue frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

Saccus niuarius.

Attennuare niues norunt & linteā nostra:
Frigidior colo non salit unda tuo.

Vrceoli Ministratorii.

Frigida non desit: non deerit calda petenti:
Sed tu morosa ludere parce siti.

Vrceus Fictilis.

Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa:
Stoicus hoc gelidam fronte petebat aquam.

Nos satyrus: Calathi. Calathi baccañalibus celebrâdis dicati erât calices iuinarii. Virgilius: Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. horum usu nunc gloria. Satyrus: Comes Bacchi. Bacchus: cuius sacra peragimus. Tygris ebria: quæ uino delectat. Væ. Calices saguntini. Saguntû mittebat terrâ ualis fictilibus aptâ: Vnde lagœna sagûtina a luuenale dicit saguntinis calicibus cõserta pugna. nûc cõmédant: q̄ cû alia pocula tractent: & custodiantur magna sollicitudine: i his nulla cura opus sit. sût eni uasa uilia: & si franguntur aut nullâ aut certe paruam afferunt iacturâ. alibi: Ficta sagûtino cymbia malo luto. alibi: Septenaria synthesis sagûti. Papi. Vnâ mittere synthesisin: Quid horres alborum calicû: atque cacaboz

Calathi.

Nos satyrus: nos bacchus amat: nos ebria tigris
Perfusus domini lambere docta pedes.

Calices saguntini.

Quæ nõ sollicitus teneat: seruetque minister:
Sume saguntino pocula ficta luto.

Calices gemmati.

Gemmatum scythicis ut luceat ignibus aurum:
Aspice quot digitos exiit iste calix.

Ampulla potoria seu parcaria.

Hac licet in gemma quæ seruat nomina cosmi
Luxuriolè bibas: si foliata sitis.

CrySTALLINA.

Frangere dum metuis frangis crySTALLINA: peccât
Securæ nimium sollicitæque manus.

Nimbus uitreus.

Aioue qui ueniet: miscenda ad pocula largas
Fundet nimbus aquas: hic tibi uina dabit.

Patella cumana.

Hanc tibi cumano rubicundam puluere testam
Municipem misit casta sibylla suam.

mi: unguentarii. Si sitis foliata. i. si unguentum foliatum optas bibere.

CrySTALLINA. Ex gelu concreta preciosissima uasa erant: hæc mittebat ortens. Indica cæteris præstabant: nascebantur præterea in asia ad alabandam & drosiam: Xenocrates: auctor est uas chrySTALLINUM sextartorum quattuor ex india fuisse allatum: mittuntur nunc monente poeta quo pacto seruari possint: ne frangantur: ut. s. seruus qui ea tractabit: nec nimium negligat: nec nimium sit sollicitus: nam & non curanti temerè excidit & a timente substineri non possunt labantibus manibus. Peccant: sinunt excidere.

Aioue. Nimbus uitrens uas erat: cuius in primo meminimus: uitreum quo spargebatur in theatris crocum uino dulci mixtum. supra: Et cylices nimbis hic maduere suis. nomen datum est a nimbo cælesti: cuius instar odoramenta illa fundebat. Nimbus?

Hcælestis. Hic Nimbus: cælestis. Hic nimbus: hoc uas. Vina mixta. s. croco. Anc: Patina cumana. De patina cumana hoc scribi existimo: nam cum patinarum luxuriam multis uersibus redarguisset. Pli. addidit rhegium & cumas his nobilitari: hoc est rhginas & cumanas esse in precio. erat autem hæc fictilis. Casta: uirginitate nobilis.

Municipem: e municipio iuo cumano.

Gemmatum. Calices gemmati. Calicibus inserbantur gemmæ smaragdi i primis qui scythici dicunt: quoniã illic ad uecti cæteris præstant: auctor est. Pli. eo usque procedete luxu: ut Multi gemas digitis detrahas populis Insereret. Iuuenâ. Nâ uiro ut multi gemmas ad pocula trãffert a digitis. Ignibus scythicis. i. smaragdis scythicis perlucidis. Aurum: id est poculum aureum.

Hac licet. Ampulla potoria unguentis. tantum dicata erat: sed in bibendi usû usurpata: potoriæ cognomen sibi adoptauit. Ex hoc iocatur poeta: aitque aliquè posse uti ampulla: si quidem uult potare unguenta. Foliata: unguenta quæ nardina dicebantur. Cos

Aspicis. Calices uitrei ex ægypto aduehebant elaborati magno opificio: pereunt sc̄p̄
sæpe in medio opere: dū opifex plus industriæ adhibet ut faciat ornatiore s. Ingē-
um nili: calices ingeniose factos ab ægyptiis. **P**lura: ex artificio. **P**erdidit opus. i. fregit

Scalidū. Myrrhā. Vasa myrrhā cōstabāt ex quodā humore sub terra cōcreto in uari-
as maculas. Parthia: & carmania p̄sertim hęc uasa susppeditabat. Myrrhā itē gen^o ui-
ni erat cōditi myrrhæ odore: ut Plaut^o i p̄sa fabula docet: & i p̄seudulo: dū dulciā ui-

na recēset hęc ait: Ecq̄d habeāt
roga: myrrhinā: passū: defrutū:
mella. nūc de uasis loquitur: a
quorū co'or̄ iocās ait posse his
fieri calidū uinū: nā eorū ma-
culæ ex purpurea & lactis colo-
re ignescūt. odor ē in his com-
mēdat̄ auctor̄ Pli. Myrrha: uas
myrrhinū. eodē uerbo utit̄ Pa-
pi i Cario. Myrrhasq̄ graues. i.
uasa myrrhā. **F**it melior: quā
odor i myrrhinis cōmēdatur.

Spoletina. Lagoena niuaria
aqua ex niuibus expressa
magni hēbat̄ precii. apte igit̄
monet lagoena niuaria: ne aut
spoletio: aut peligno uino hoc
aquæ gen^o misceret̄: sed tātū fa-
lerno & aliis quorū p̄cio cōue-
nit. loquitur aut̄ d̄ aqua decocta:
quæ niuibus refrigerat̄: q̄lis est
apud Iuue. Frigidior geticis
petit̄ decocta pruinis: & Plini.
Seruat̄ algor æstibus: excogita-
turq̄ ut alienis mēsis algeat
nix: decoquūt alias quas mox
& alias hyemāt. **C**ellis marsis:
pelignis. **Q**uo tibi. i. i quē usū
erit tibi. **S**poletina: pessima. i.

uina bibis: i quē igitur usum potis aquā niueā: quæ pra statissimo tātū uino solet isūdi.
Nobile frigus aquæ decoctæ. i. aqua hęc nō est i tuum usum: si aut pelignū: aut spo-
letinū bibis: quæ pessima sunt uina: sed bonis adhibenda est.

Non. Eadē lagoena. **E**st cō. neta: iuēit. i. excogitauit aquā decoctam. **D**e niue: refrige-
ratiā ex niue. **A**silia. Idē argumētū. **V**ndis niualibus: aqua refrigerata ex niue.
Pluris cōstet: q̄ tale uinū. q. d. isto uino est hęc aqua preciosior.

Dvm. Matella fictilis uas urinæ: quod a domino potiebatur p̄cussu digitorum. su-
pra: digiti crepātis signa nouit eunuchus Et delicatæ suscitator urinæ. **P**ellex: ab
uxore dicit̄ meretrix uiri. **C**ulcitra pellex: fit matellæ cū incius locū perfundit̄. **M**ea
pellex: perfussa est loco meo: quum ego deberem.

Quāuis. Ligula argētea. Ligula instrū argenteū tractandis aromatis aptū: quod i sa-
turnalibus mittebat̄. ē itē uiculi genus quo calcei alligabant̄: ut Festus scribit & Pol-
lux apud græcos. ligula uero glandius erat a similitudine linguæ dictus: auctor̄ Gel. cum
aut̄ & illud instrū argenteū linguæ speciē haberet: ligula dicebat̄ a grāmaticis cōtendē-
tibus primitiui rationē seruādā esse. & cū a ligua ligula diceret̄ linguā eē accipiēdū: sed
ciuili quadā usurpatione ligula dicebat̄ indoctis grāmaticis: uolēt̄ ib^o analogiā seruare. q.
d. in usu est ligula in ratione: de qua sunt solliciti grammatici. **L**ingula: sed indocte fa-
ciunt: q̄ lingulam usui aduersantes me appellant.

Calices uitrei.

Aspicis ingenium nili: quibus addere plura
Dum cupit: ah quoties perdidit auctor opus.

Canihrry M

Si calidum potas ardentī myrrha falerno:
Conuenit: & melior fit sapor inde mero:

Lagoena niuaria.

Spoletina bibis uel marsis condita celis:
Quo tibi decocta nobile frigus aquæ.

Niuus.

Non potare niuem: sed aquā potare rigentem:
De niue commenta est ingeniola sitis.

Idem

Massilia fumos miscere niualibus undis:
Parce puer: constet ne tibi pluris aqua.

Matella fictilis.

Dum poscor crepitu digitorū & uerna moratur:
O quotiens pellex culcitra facta mea est.

Ligula argentea.

Quāuis me ligulam dicant equitesq̄ patresq̄:
Dicor ab indoctis ligula grammaticis.

Sum Coclearia a coclearum similitudine dicta sunt: nunc interrogat quare dicantur coclearia: cum non minus aliis cibis seruiant: quam cocleis: sed appellata sunt a specie coclearum non ab alicuius cibi usu. Oua autem & cocleae mensarum initio apponebantur. supra: Et cocleas tibi habe: perdere nolo famem.

An te: Annuli in usu equitum erant. Equites autem ante legem Othonis a Domitiano renouatae complures erant multis infra censum equestrem dignitate occupantibus: sed

post legem illam rari facti sunt: nam pauci poterant se equites constare: nam & a consessu in xiiii. theatri arcebantur: & nusquam per equitibus habebantur: qui infra censum erant. supra: Rarius nunc adhibetur eques. Eques dicebatur: qui faciebatur stipendium equo: hi erant alieni: nam in militiam conducebantur aliena stipe: ad quorum differentiam qui censu & dignitate erant equites: dicebantur equites non alieni: sed sua tantum dignitate & censu equites. Ita locus ille exponatur: ut supra: Aut quem prosequitur non alienus eques: id est eques diuitiis & censu non conductus militia: qui alieni dicebantur ex historia: Itaque renouatae legis a Domitiano annuli mittuntur

Coclearia.

Sum cocleis habilis: sed nec minus utilis ouis:
Nunquid scis potius cur cocleare uocer.

Annuli.

An te frequens sed nunc rarus nos donat amicus:
Felix cui comes est non alienus eques.

Dactylotheca.

Saepes grauis digitis elabitur annulus unctis:
Tuta mea fiet: sed tua gemma fide.

Toga.

Romanos rerum dominos gentemque togatam
Ille facit: magno qui dedit astra patri.

Idem.

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos
Attrita ueniet sportula saepe toga.

hoc disticho. **A**n te. s. quam renouata esset Othonis lex. **F**requens. i. multi qui se dicebant equites. **U**t posset domino. i. Caesari plaudeat iustus eques. **N**unc. i. post renouatam legem. **R**arus. i. pauci. Nam pauci sunt qui habeant censum equestrem: & annulos mittere possint tanquam equites. **F**elix: ille potest uideri: cui eques non alienus comes est: Nam equites comites erant imperatorum: ut supra: ac si diceret adeo pauci nunc sunt equites: ut plane felix sit: qui habet equitem comitem magnae nunc dignitatis.

Saepes: Dactylotheca. Dactylotheca nomen non habet latinum. significat autem plures gemmas eodem repositoio collocatas: & repositoium ipsum. Id Scaurus Syllae: pugnus primus inuenit. **P**ompeius dactylothecam mitridaticam in capitolio dicauit. nunc loquitur & usum sui laudat. Elabitur: effluit. Grauis: ponderosus. Mea fide: mea custodia: quia seruabo gemma id est annulum.

Romanos: Toga. Versus est uirgilianus: sed ut puto aliter acceptus a poeta quam scripserit Virgilius: Nam ille intelligit per gentem togatam romanum populum: cum toga olim romanorum tantum uestis esset nulla inter eos discretionem. postea in usum uenit tantum eorum qui diuites sequebantur: unde togati saepe numero dicti sunt a poeta ante abulones. Gentem igitur togatam ipse intelligit comites togatos: ut dicat Domitianum qui patrem caelo consecrauit facere ut romani sint domini rerum & habeant togatos. **M**agno patri. i. Vespasiano. **A**stra. i. caelum. **G**entem togatam. i. comites togatos. uel arma dedit magno patri: quoniam Domitianus adhuc puer capitolium defendit cum Sabino patruo. Tacitus & Suetonius auctores. **D**edit arma: suppeditauit praesidium. **M**agno patri: id est Ioui.

Si. Idem est argumentum: quo indicatur usus togae: quae sumebatur ab his qui diuites salutabant: & eorum comites errabant per urbem. **M**ulta sportula ueniet: id est dabitur tibi. **S**i facile est tibi: id est si facile potes mane surgere. Alibi de salutatione: Discursus uarios uagumque mane. Iuuenalis: Sollicitus ne tota salutatrix iam turba peregerit orbem.

PAuperis. Endromis uestis uillosa: quæ in gymnasiis sumebat ab his qui se exerce-
bāt in palæstra: mittebat e gallia quæ nomen est lacedæmoniū. supra: Quæ lacedæ-
moniū barbara nomen habet. Iuue. Endromidas tyrias & foemininū ceroma. Exigui erant
precii: licet a diuitibus tantū usurparet: nam soli diuites in gymnasiis exerceri solebant.
Pauperis est munus: pauperes mittunt. **N**ō est usus pauperis: Nam soli diuites in gymnasio
exercent: unde alibi gymnasii labores modo uanos: modo stultos appellat.

HAec tibi: Canusina fusca.
Lanæ canusina: nullo medica-
mento suo tamen uelut rutilæ erant:
quas erithras appellabant: imi-
tabant igitur colorem mulsi: sed
cū erant fusca: speciem mulsi mi-
xti præ se ferebant: nunc mit-
tuntur fusca quæ hac una re
possunt comedare: quod diu eun-
dem retinebunt colorem nec ci-
to uidebunt attrita. **S**imillima
mulso turbato: id est mixto
& confuso: ita enim subruffum
uidebatur. **N**on fiet anus: id
est non uidebitur attrita.

GAllia. Bardocucullus ue-
stis gallica erat: cuius su-
pra meminit. **H**æc cum & ui-
lis esset: & noua quadam forma
confuta: uidebatur penula cer-
cophiteorum. cercophiteci autem
similæ caudatæ sunt. **S**anto-
nes: populi galliæ. **P**enula: ue-
stis.

Roma. Canusina ruffa suo:
ut diximus uelut rubebat:
sed ex his fusca tantum place-
bant romanis: Ruffa autem gal-
lis pueris & militibus. **F**uscis
togis: canusinis fuscis.

Ingrediare: Penula scortea pellibus confuta dicebat: nam scorta apud antiquos pel-
les significabant: unde impudicæ mulieres nomen dixerunt. Vetus est ædilitium edictum
ne quid scortum hoc est ex pellibus tepulis inferat. Nefas enim erat aliquid morticinum adesse:
ut scribit Varro. hæc autem arcendis pluuiis sumebant. **A**d subitas: id est si subito & repē-
te plueret. **N**unquam desit: quin tecum afferas.

Siueneto: Lacernæ coccinæ: De cocco satis in superioribus libris dictum est: cuius co-
lor notus est. nunc cum mittant lacernæ coccinæ: iocatur poeta amicū monens: ut si aut
prassinæ aut uenetæ factionis est: nam Prassinus & Venetus agitantes suas habebant
factiones: quemadmodum alii aurigæ habent. auctores sunt Festus & Tranquillus: Non in-
duatur ueste coccinea: hoc autem ait iocans ex colore: nam Prassinus agitatoris nomen: quæ-
uis proprium sit. tamen in latinum conuersum significat uiridē: & uenetus color subobscurus
erat. Qui igitur induit coccineas: a Prassinus & a Veneto discedit. **N**e fias transfuga: ne
reliquas factiones. **H**ac forte munere uestis amplius enim nec Veneti nec Prassini: quo-
rum neutrius colorem habebis.

Si Posses. Pileum libertatis iudicium in saturnalibus: in quibus cum lacernæ essent sumeretur causam
affert pauper quare eas non miserit cum pileo. **M**unera capiti: pileum.

Endromis.

Pauperis est munus: sed non est pauperis usus:
Hanc tibi pro togula mittimus endromida:

Canusina fusca.

Hæc tibi turbato canusina simillima mulso
Munus erit: gaude: non cito fiet anus.

Bardocucullus.

Gallia fantonico uestit te bardocucullo:
Cercopithecorum penula nuper erat.

Canusina Ruffa.

Roma magis fuscis uestitur gallia ruffis:
Et placet hic pueris militibusque color:

Penula scortea.

Ingrediare uiam cælo licet usque sereno:
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

Lacernæ coccinæ:

Si ueneto prassino ne faues: qui coccina sumis:
Ne fias ista transfuga sorte uide.

Pileus.

Si possem totas cuperem misisse lacernas:
Non tantum capiti munera mitto tuo.

Non ē. Lacernæ bæticae. Lana bætica auctoꝝ Plī. rutila erat ut cañusina. lacernæ ex ea cōfectæ nūc glorianē: q̄ nullo medicamēto sint coloratæ: sed sua tm̄ natura: in quo præferri uolūt tyriis: quæ ahenō purpuræ tingunt. **L**ana mēdax: tinctā. **S**ic placeat. i. esto q̄ placeat & sint gratæ tyriæ suo medicamine. **O**uis: quia ita eram colorata: **F**ut nunc sum in oue. **T**inxit: nam in oue ita nata sum.

Fascia. Fascia pectoralis cōpescendis papillis dabat ne nimiū tumescentes deforme

pectus redderent. **N**ostra manus: id est ut papillæ stent itra gratam mensurā. i. ut manib⁹ comprehendi possint: nam ita sunt gratiores.

Lacernæ Bæticae

Non est lana mihi mendax nec mutator ahenō:
Si placeant tyriæ: me mea tinxit ouis.

Fascia pectoralis.

Fascia crescentes dominæ cōpescite papillas:
Ut sit quod capiat nostra tegatq; manus.

Lacernæ.

Amphitheatrales nos commendamur ad usus:
Cum tegit albentes nostra lucerna togas.

Cœnatoria.

Nec fora sunt nobis: nec sunt uadimonia nota:
Hic opus est pictis accubuisse toris.

Focale.

Si recitaturus dederō tibi forte libellum.
Hoc focale tuas asserat auriculas:

Lana.

Tempore brumali non multum læuia profunt:
Calfaciunt uilli pallia uestra mei.

Gausapa uillosa uel mantile.

Nobilius uillosa tegant tibi lintea citrum.

Amphitheatrales: Lacernæ albae. prodibant ī spē etaculū īperatores comite senatu & equestri ordine gestantib⁹ omnib⁹ lacernas albas nō nūquā. supra: Sācto cū duce cādidus sederet. hunc usum disticho profitent lacernæ albae.

Usus amphitheatrales: usus spectaculorum.

Nec uestis cœnatoria quæ intra domū sumebat ad mēsam suū p̄fiteet usū. Numero tamē multitudinis & genere neutro supra dixit: Cœnatoria mittat aduocato: & hoc loco. **N**ec fora: hoc dicit p̄pter uestē quæ forēsis dicebat a foro: ut Cicero scribit: ubi tantū gestabatur cœnatoria uoluit p̄ferri forēsis: quia ipsa sunt ad getem & ocium. **N**obis fora: ut uesti forēsi. **H**oc opus

est: hoc agimus: nos. Pictis toris: paueninis & cultis tricliniis.

Si recitaturus. Focale capitis tegmentū erat ad aures promissum: quo recitaturi oratores utebant: ut inter strepitus obaudirent actioni intenti a faucibus dictū. Fabi⁹ Quintilianus hoc delicatis tantum oratoribus & ualitudinariis permittit: ut eo disticho expositum est: **Q**uid recitaturus circundas uellera collo: Cōueniunt nostris auribus ista magis. Ex hoc distichi existit argumentū: ut ostēdat focale non cōuenire oratoribus: sed audientibus: ne obtundat: inanem & delicatum nimis usum focalis designās. **A**sserat: uindictet a strepitu. **L**ibellum: meum.

Tempora. Lena uestis hyemalis apud græcos chlena dicta uillos grādiōres habebat: & sup̄induebat palliis. sola igit nō poterat frigus arcere: sed pallia sup̄inducta crassitudine uilloꝝ calefaciebat. **L**enia. i. uestes lenæ. **M**ei uilli: pallia uestra quæ subsunt.

Nobilius. Mantile: Mappa uillior erat: quā abusione uirgiliana alicuius uideatur auctoritatis: qui mantilia pro mappis dixit: **T**onsisq; ferūt mantila uillis: mappæ autem uillosæ cicris mensis ob nobilitatem erant delegatæ. mantile nullum mensæ genus repudiabat: erat enim uile. **L**intea: panni ex lino qcunq; sint. lintea itē peculiari significatione in usu thermarum erant corporibus abstergendis: ea dicebantur lintea teritoria: quod sordes tererēt e corporibus. **N**ūc lintea uillosa mappam significat: quæ uillorum subtilitate erant in precio.

Orbibus in nostris: hoc ē in mēsis rotundis quas tegimus: quod dixit propter mēsas citereas quæ rotūdæ erāt: & orbis libyci appellatæ sūt a Mart. **C**irculis: panis erat mixta farina caseo & aqua: quæ qui icōdite faciebāt lixulæ & semilixulæ dicebant. hic aut accipit circulū p̄ omnis generis rotunditate ex quouis ligno: cū mantile dicat circulum

Ietiam sibi satis esse quæ tegat adeo a citereis orbibus abest.

Vngere. Liburnica. liburnicæ lanæ similiores erāt pilis q̄ uellerib⁹ iutiles pexis uestibus textorū tātū arte cōmēdatæ. unde togæ textæ tictæ ruf

fo colore pagæ eū retinebāt inficiētes sup̄indutā lacernā. ac cusat̄ igit̄ ille q̄ liburnicis sup̄induat albas lucernas: nā rufi o colore ificiunt. **V**ngere: sup̄induere. **C**allaicas: rutilas. uel ab auro callaico: qd̄ rutilū est: uel a lanis callaicis: q̄ rutilæ sūt.

Non nos. **V**dones cilicci. Cilicia dicūtur idumenta ex capris pilis cōtexta a cilicib⁹ q̄ ea p̄mi istitueūt. **V**dones uerbo peregrino calciamēta sunt: nūc mittūt: idicātq̄ ex quo genere lanæ cōstet. **M**ariti olentis: hirci. **P**lāta: pes. **S**inu cinyphio: pilis hircinis: nā hirci cinyphii sunt dicti a cinyphæ aphricæ flu. ad quem sunt magna copia.

Cvm. **S**ynthesis uestis saturanalitia nota a superiorib⁹ libris i luxū sumpta nōnunq̄ a Nerone quis saturnalia n̄ agerentur: cū tantū induat̄ fasturnalib⁹ deposita toga. **S**ynthesis itē uas fictile. supra: Septenaria synthesis sagūti. & Papi. unā mittere synthesis qd̄ horres Alboꝝ calicum atq̄ caca

Vellera. **T**unicæ patauinæ cōtextæ multa lana in tantam cōplebantur crassitudinē ut perfinde ac tabulæ secari posse uiderētur. Strabo copiam uestium & pannorum missam fuisse a patauinis romam testatur. **T**rilices: dicunt̄ triplici litio textæ. Sumat̄ dum texuntur. **M**ulta uellera: multā lanam.

Hæc. **S**pongia græca dictio ē: unde itegrā seruauimus appellationem perfusa aqua mēsarū colorem instaurabat tergendō. **S**orte: muneri. **T**umet: inflat̄ aqua: eadem immundis uasis tergendis erat in usu. supra: Damnatæ spongia uirgæ.

Ismi. **P**enula gauſapina. penulæ seruoꝝ uestes & pauperioꝝ ex lana appula optime texebant. p̄ni gauſapini uillosi dicunt̄: nam gauſape stramētū erat militare: grossioribus pilis. penulæ igit̄ gauſapinæ: quis hyemales essent: æstate tamen poterant delectare: quod supra diximus: Mense uel augusto sumere gauſapinas. **C**s candor: id est talis candor etiam. **M**edia messe: quāuis sim hyemalis.

Tinge. **C**eruical ex plumis refertū substērandæ ceruici iacētū paratū erat: eratq̄ i usu tātū delicatoꝝ hoīum: iccirco conducūtur apud luue. ceruical amicæ: clamante Pli. usq̄ eo p̄cessisse delicias: ut ne ceruices qd̄ uiroꝝ sine p̄nis sustineri possint: idē mone

Orbis in nostris circulus esse potest.

Cuculli Liburnici:

Iungere nescisti nobis o stulte lacernas:
Indueras albas: exue callaicas.

Vdones Cilicii.

Non nos lana dedit: sed olentis barba mariti.
Cinyphio poterit planta latere sinu.

Synthesis.

Dum toga p̄ quinas gaudet requiescere luces:
Hos poteris cultus sumere iure tuo.

Tunicæ patauinæ.

Vellera cum sumant patauinæ multa trilices:
Et pingues tunicas serra secare potest.

Spongia.

Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis.
Vtilis expresso cum leuis imbre tumet.

Penula Gauſapina.

Is mihi candor inest: uilliorum gratia tanta est:
Ut me uel media sumere melle uelis.

Ceruical.

Tinge caput nardi folio: ceruical olebit:

eum cui mittit cervical: ut tingat caput nardo tãquã luxuriosum & delicatũ hoĩem. **F**olio nardi: ex quo foliatũ unguentum fiebat. **P**luma: cervical. **T**enet: seruat.

Stragula: Cubicularia gauſapina. cubicularia ſtragula erãt cubiculi. gauſapia. i. uilloſa: ut ſupra expoſuim⁹. locat̃ i eũ q̃ habet uxore anũ. Ei. n. nihil poſſunt calore ſuo p̃deſſe: cũ p̃xia uxore cõgeleat. **S**tragula uilloſa: cubicularia. **T**apetis purpureis: inſtar tapetoz. **C**õgellat uxor. q. d. & ſi uilloſa ſumus: nihil proſumus tibi ad calorem.

Perdidit unguentum: cũ coma pluma tenet.

Cubicularia Gauſapina.

Stragula purpureis lucent uilloſa tapetis:

Quid prodeſt ſi te congelat uxor anus?

Lodices.

Nudo ſtragula ne toro paterent:

Iuncta nos tibi uenimus ſorores,

Amiſtorium.

Mammofas metuo: tenera me trade puellæ:

Vt poſſint niueo pectore lina frui.

Cubicularia polymita.

Hæc tibi memphitis tellus dat munera: uicta eſt

Pectine niliaco iam babylonis acus.

Zona.

Longa ſatis nunc ſunt: dulci ſed pondere uenter

Si tumeat: ſiam tunc tibi zona breuiſ:

Gauſape quadratum.

Lodices mittet docti tibi terra catulli:

Nos elicaonia de regione ſumus,

Semicinctum.

Pot tunicam diues: ego te præcingere poſſum:

Eſſem ſi locuples munus utrunque darem.

Nudo: Lodices: Lodici⁹
rotus lecti apparatus cõ
tegebat. erãt aut̃ geminæ i op
torũ coeũtes: hunc uſũ ex ſe
docent. **N**os: lodices. **T**oro
nudo. i. lecto nõ operto nobis.
Stragula eſſet nuda: niſi nos
eſſemus quæ ea tegimus.

Mammofa. Amiſtorium in
dumetum erat pectoris
dormienti: ne temere iactatus
nocturno frigore offenderet:
erat aut̃ ex lino mulieribusq̃
maxie in uſu. Rogat nũc ami
ſtorium ut tradat poti⁹ puellæ:
q̃ mammofa. **L**ina. i. ego lin
teũ. **N**iueo pectore. ſ. puellæ.

Hæc tibi: Cubicularia poly
mita. polymita dicebant̃
multis litiis cõtexta: q̃ Alexan
drini p̃mi iuenerũt: auctor eſt
Pli. in. viii. naturalis hiftoriæ.
tanta aut̃ arte exercebant̃: ut
maiore ferme iduſtria ſingula
i his diſtinguerentur: q̃ babylo
nia acu poſſet: nam babyloni
acu uestes intexere ceperunt:
quis Home. hoc texturæ gen⁹
tribuat helenæ: quã itroduxit
itexentẽ uaria certamina Tro

ia ruẽte. Martialis mēphiticã tellurẽ dixit: cũ alij hoc de Alexãdria ſcribãt: ſed tamẽ Alexã
dria i ægypto e: ut mēphiticã exponas. i. ægyptiã. **V**icta e: ſuperata e. **N**iliaco: ægyptio.

Longa zona puellæ datur monens ſe tam diu fore utilem ad cingẽdum: quoad uen
ter non intumuerit. placet hoc referas ad puellam poti⁹ exponens dulci ponde
re id eſt foetu: q̃ ad omnes exponens dulci pondere hoc eſt gulæ uoluptate: quæ cibo
rum ſua uitate capta pondus immittit uentri.

Lodices: Gauſape quadratum: Gauſape ſtramentum erat: ut diximus militare groſ
ſioris uilli quadratum dictũ a forma: ut ego abitor: nam & Fenella ſcribit. Tri
clina ſe puero quadrata & compacta aut acere operta accedro cõpiſſe. erat autem hoc
gauſape pauperiorum cum lodices ſtragulis in eundem uſum lautioribus ſeruirent.

Elicaonia: id eſt patauina: nam licaonia finitima pamphiliæ ſocios dedit Antenori: q̃
patauium condidit: dicta olim Elicaonia ab Elicaone rege: ſed poſtea Licaoniam Strabo
Plinius & Ptolomæus dixerunt ſupra: Si prior euganeas clemens elicaonis oras. **T**er
ra Catulli: Verona.

Pot. Semicinctum: Compoſitione declarat quid ſit: nam medium cingebat homi
nem tunica demiffum. **V**trunq̃: togam & ſemicinctum.